tegrum reſti.l.petende.ff.de ſeruis.
l.vlti.Sed hoc exemplũ nõ proprie
congruit regule:qꝛ hoc exẽplo iura
partium nõ ſunt obſcura:ſed certa
ſed ideo conſtituit ius ꝙ plures di-
lationes concedãtur reo ꝙ̃ actori[a]
qꝛ in poteſtate actoris fuit qñ pro-
uocaret vt.d.l.ſi qñ.⁊.ff.de doli ex-
cep.l.pure.§.fina.Sed oppo.et vi-
detur ꝙ iura obſcura potior ſit cau
ſa ſeu cõditio actoris quaꝫ rei:qꝛ ſi
in bello contineantur verſa obſcu-
ra ſtatur interpretationi actoris:vt
ff.de iudi.l.ſi quis intentione et de
verbo.obliga.l. inter ſtipulantem.
iij.⁊.ff.eo.l. in contrahenda.§.j. et
in.l.in ambiguis orationibus: ſed
dicenduꝫ eſt quodꝗ leges ille loquũ
tur in his que pertinentᷣ ad cauſe
preparationem: in illis eñ magis
fauẽdũ eſt actori quã reo:⁊ quãtuꝫ
ad interpretationẽ ꝟboꝝ in libello
expreſſoruꝫ[b] vt in.l.preallegata.ff.
de iudi.ſi quis intentione et quan-
tum ad alia que in libello exprimũ
tur: ſed eorum diſpoſitio pertinet
ad officium iudicis:vt eſt in die ap
ponenda in ſtipulatione iudicio ſi-
ſti.vt.ff.qui ſatiſdare cogũtur.l.de
die.in prin.Ratio auteꝫ eſt aperta:
qꝛ reus ſemp impediretᷣ ne poſſet
ꝯtra eũ experiri.vt.d.l.inter ſtipulã
tem.§.j.Itẽ opponitᷣ ⁊ videtur po-
tiꝰ eligendũ ꝙ obſtet reo ꝙ̃ qđ pro
deſt:qꝛ.l.cauetur ꝙ ſi reus canit de
dãno non infecto ⁊ dãnum contin-
gat vicio edificij fortuito caſu ꝙ̃ te
netur reus ad emendationem dã-
ni ex cautione dãni infecti ⁊ tamen
caſus fortuitus erat pro eo licet de
bilitas edificij cõtra eũ:⁊ ſic partiũ
iura ſunt obſcura:vt.ff.de dãno in-
fec.l.fluuiũ.§.ſeruꝰ.et.§. itẽ apud.
Sed tũc dicendũ eſt ꝙ ibi nõ erãt

ſio.et proprietas.
et Philip. fran.
hic p Fely.in.c.
ſuper queſtionũ
col.j.de offic.de
lega. vbi alleg.
hic dyñ.ꝙ inter-
pretatio. dꝫ eſſe
veriſĩlis nõ diſ-
ſona.⁊ ibi etiam
vide de mltipli-
ci interpretatio-
ne et in materia
vide bal.i.l.edi-
cta.col.iij. in re-
peti. padua. de
eden.C.et abb.
ſicc.in conſil.lxx-
viij.col.j.lib.j.et
deci. capel. tho-
loſe.q.xxxij.
❧Adde quod
notaui i apoſtil.
ad lanfran. de
oria. poſt bene-
di. vad. in cap.
qm cõtra falſaꝫ
.§.reſponſiones
nu.vij.in verſic.
ambigue.de pro
ba.⁊ aduerte ꝙ
ſicut qs obſcure
vlꝰ ãbigue rñdẽ-
do ſibi pĩudicat.
iuxta vulg.l.ve-
teribꝰ de pac.ſic
iterrogatiõi ãbi
gue vel obſcure
rñdere,nõ tenetᷣ
niſi priꝰ declare-
tur ita no.bal.in
l.ij.§.qđ obſerua
ri.⁊ ibi dixi i apo
ſtil.adeũ i ꝟſi.ni
ſi prius declaretᷣ.
C.de iura.calũ.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

a ¶Adde Dy.
in .l. fluminū .§.
item apud.ff.de
dāno infec.q̄ idē
dicit ꝙ qui quez
ibi ſequitur bar.
⁊ ad ornatū hu-
ius regule vide
Bar.⁊ Alex.col.
iij.in .l. inter ſti-
pulātē .§.j.ff. de
verb.oblig.
b ¶Adde ꝙ ēt
bēigne debēt ad
uocatos corā eis
plebicitātes au-
dire.vt.l.ne quic
q̄.§.ibi decretū.
verſi.circa aduo
catos.ff.de offic.
procōſul.⁊ lega.
⁊ Specu.titu. de
aduo.quod ma-
le ſeruat:hic bi-
turis ⁊ cōtra iu-
dices eſt tex.cuz
gl.in.c.graue ſu-
per verbo q̄ ver
ritas .xxxv. q.ix.
¶Adde ꝙ no
tant in trac.ſtili
parla.pte.j.titu.
de modo ⁊ geſtu
quē debet aduo
catus habere.§.
ij.poſt do.au fre-
rij.dz tñ paucis
vbis aduocatus
factum ſuum de
ducere ne iudi-
cem in audito-
res ſua loquaci-
tate tedio affi-
ciat:imo ei breui
tas precipitur et
ſi ſit prolixus po

in pari cauſa reus ⁊ actor[a] q̄ reus
erat in culpa ex eo ꝙ ruinam edifi-
cij poterat preuidere. Actori autem
nulla culpa poterat imputari: et
ideo q̄ preponderat culpa rei de-
terior eſt eius conditio.argu.ff.ad
l.aqui.l.item ſi obſtetrix.⁊.l.ſi pu-
tator.alias ſi eſſent in pari dolo.
vel i pari culpa lata vel leui vel le-
uiſſima fauendum eſt reo potius
q̄ꝫ actori. vt.d.l. fauorabiliores. et
l.impari.⁊.l.petenda.⁊ de doli ex-
cep.l.apud Celſum.§.marcellus ⁊
de verb.obliga.l. ſi ſeruum.§. ſeq̄-
tur:⁊.j.eo.in re pari.

## ¶Idem.

## In iudicijs nō eſt habenda acceptio perſonarum.

¶Inter litigatores debet iudicij
equitas obſeruari:ſiue litigatores
ſint pares: quia vterq̄ꝫ vtilis vel
vterq̄ꝫ conditionis honeſte ſunt:ſi-
ue non pares quia vnus vtilis con
ditionis et alter conſtitutus in di-
gnitate nec debet iudex pretextu di
gnitatis alicuius litigatoris preter
tu lucri vel gratie vel odij in alte-
ram partium declinare:ſed vtriq̄ꝫ
parti quod iuſtum eſt preſtare et
ius ſuum vnicuiq̄ꝫ tribuere ⁊ equi-
tatem in omnibus obſeruare vt in
auten. iuſiurandum quod preſta-
tur.§.j.⁊.§.econuerſo.⁊.§.primum
ibi nequaq̄ꝫ.ſub inclinato ⁊c.et in
auten.vt iudi. ſine quoquo ſuf.§.
deinde propter.et.§. quod autem
⁊.de defen.ciui.§.vſus eſt.iudices
eñ debent ſe hr̄e circa ſubiectos[b]
ſicut pater circa filios vt in auten.
vt iudic.ſiue quoquo ſuf.§.et eos
⁊ in auſ.iuſiuran.qđ preſta.ab his
§.deuotos aūt pietas autē in pa-
tre nō in atrocitate[c]:ſed pietate cō

teſt a iudice per
turbari vt ibi ni-
ſi forte impetraſ
ſet ab eo quod
poſſet adhuc di-
cere vnū verbū:
quia tunc poſſet
infinita ſubdere
vt no.exp̄ſſe bal.
in.l.antiq̄tas.ver-
ſi.vlt. no.nu.iiij.
⁊ ibi poſui i apo
ſtil.ad euz in ver-
ſi.facit pro alle-
gantibus in pa-
latio.C.de vſur.
⁊ dixi poſt Jaco
buz rebuf.in.l.ſi
quando.la.j.nu.
ij.verſi.nota pro
aduocatis.C. de
bon.vacan.li.x.
c ¶Adde An-
gelum are.in.§.
j.col.iij.verſic.in
ea.gl. inſtitu. de
his q̄ ſui vel ali.
iur.ſunt vbi po-
nit an pater poſ
ſit incarcerare fi-
lium.⁊ vide bal.
in.l.ſi filiꝰ.C.de
patria poteſtate
⁊ in.l.libertos ⁊
Alex.in addi.C.
de obſe.patro.p̄
ſtan.⁊ gloſ.ſi. in
c.quēadmodum
de iureiurā.⁊ do
mi.bonifa. de vi
talmis in tracta
tu ſuo malefi.ti-
tu. quibus con-
ceſſa ē correctio.
⁊ Cy.⁊ docto.in
l. manicheos.C.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

de epiſ.⁊ cle.⁊ Ludo.bolo.in.l.ex facto.la grande.ff.de heredi.inſtitu.
in.ij.interpreta.
a ¶Adde.In quibus cauſis ⁊ contractibus ſit ſeruanda equalitas
Barto.⁊ ibi plene Joan.de platea in.l.in ſacris.§.ff.de proxi.ſacro ſcri.
⁊ Cy.Bart.Bald.⁊ Saly.in.l.fi.C.de fruc.⁊ lit.expen.⁊ Bald.in.c.ij.§.
quibus.de ꝯſue.
rect.feu.⁊ Joan.
fab.chriſtof.por.
⁊ Ang.are.in.§.
fi.col.ij.inſti.qui
bus alie.ñ lz.an
idez in arbitris.
vide textuz in.l.
ſi cuz dies.§.pe-
nul.⁊.l.ſed inter-
pellatur.§.ſi ex
altera.ff.de arbi.
⁊ Alexand.in.l.
ſi de meis.addi-
tio.⁊ Bart.ff.de
arbi.⁊ Specu.ti-
tu.de alia.§.fin.
ver.ſed nunquid
terminū ⁊ doct.
in.l.ſi maxime ꝑ
Alex.colū.ij.Ꝟſi.
⁊ ad allegata.et
C.de eden.ꝙ ibi
equalitas debet
ſeruari niſi vbi
ꝯtrariuz reperit̄ ex-
preſſum.vt in.d.
l.fina.de eden.⁊
hypoli.de mar-
ſil.in ſuo ſingu.
clxviij.incipien.
equalitas.
b ¶Adde bart.
⁊ Bald.in.d.l.fi.
C.de fruct.et lit.
expen.⁊ Bald.in
d.c.ij.§.quibus
de cōſuetu.rect.
feu.⁊ doc.in.c.ij.
de mutu.petiti.
⁊ Bart.in.l.fi.§.

ſiſtere debet ⁊ conſilium pro liberis capere.vt.ff.ad
l.iul.de pu.l.diuus.⁊ de adul.l.hec in ea.l.§.vltimo
ergo quilibet iudex vel prelatus ſupior hr̄e ſe dz cir
ca ſubiectos pie atqꝫ piuz cōſiliū ac iuſtū capere pro
ſubiectis ſicut pater pro filijs itē dz in iudicijs equa
litas obſeruari:qꝛ ſi vnus litigatoruz ſit priuilegia
tus alter non priuilegium vni cōpetens extendi de-
bet ad alterum.C.de fruc.⁊ lit.expē.l.fi.⁊ proxi.ſacr.
ſcrin.l.i ſacris.⁊.l.vnicuiqꝫ li.xij.Jſtud autem contin
git propter inequalitatē vitandaz quā legiſlatores
vitare ſtudent nō ſolum in iudicijs:ſed etiam in ar-
bitris ⁊ alijs actibus extraiudicialibus ⁊ arbitraria
cōtingētibus[a] vt.ff.de arbi.l.ſi de meis circa prin.et
l.pedius.§.in ſeruū.⁊.l.ſi cū dies.§.pe.⁊ de vulg.et
pupil.ſubſti.l.iam hoc iure.⁊.l.lutius.⁊.C.de reſcin-
den.ven.l.ratas.et de teſt.mil.l.in teſtō.et de impu-
be.⁊ alijs ſubſti.l.hereditatē.⁊.l.ꝙuis ſed certe fal-
ſum videtur ꝙ priuilegiū conceſſum vni [illegible] ext
tendi ad aliū cū pſona illi⁹ cui cōceſſum eſſe probat̄
egredi non debeat:vt inſti.de iur.na.§.ſed qđ prin-
ci.Dicūt quidā aut agitur de priuilegijs ptinētibus
ad litis executionē ⁊ tūc priuilegiū conceſſit vni liti
gatoris pdeſt alteri.C.de fruc.⁊ litis expen.l.fi.⁊.l.
in ſacris.in fi.⁊.l.vnicuiqꝫ de proxi.ſacro.ſcri.lib.xij.
aut legitur de priuilegijs ptinētib⁹ ad litis deciſio-
nem:⁊ tūc priuilegiū cōceſſum vni nō pdeſt alteri:
vt.§.ſed qđ princi.lz prima facie videbat̄ probabili
ter dictū oñdi poſſe nō eſſe verū:qꝛ priuilegiū reſti-
tu.in integ.qđ minori cōceditur pertinet ad litis de-
ciſio.⁊ tñ aduerſario pdeſt.C.aduer.tranſ.lib.j.⁊.ij.
⁊ de reputa.que fiunt in iudi.reſti.in integ.l.vnica.
Alij dicūt ꝙ aut priuilegium cōceſſum eſt ad poſtu-
lationē aut ſine poſtulatione ſi ad poſtulationē pro
deſt:ſi ſine poſtulatiōe nō pdeſt:vt.ff.qđ quiſqꝫ iuris
in aliū.l.iij.in prin.q ſol.quantū ad ppoſitū parum
valet:qꝛ in palle.l.fi.C.de fruc.⁊ lit.expē.loquit̄ etiā
de priuilegio ppria libertate pricipis etiam ſine po-
ſtulatione cōceſſo vt ibi no.in.j.glo.⁊ ptz in text.Et
ideo dicendū videt̄ ꝙ aut priuilegiū ꝯtinet ius ini-
quum[b] vt qꝛ in alterius leſione conceſſum:⁊ tunc di-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

donec. C. de iure delib. ⁊ bart. ibi. pulcre. Alexã in l. iij. in prin. ver. iij. limi. ff. qđ q́ſq; iur. ⁊ Dy. j. in r͞la quod ob gratiã. ⁊ lud. de ro. i conſi. cxvj. col. ij. verſicu. ij. r͞nſo. ⁊ Phil. frãche. hic panor. in. c. fi. nu. xj. ⁊ ibi poſui in apo. ad eũ. in vſ. debeat extẽdi ꝺ tranſl. prelato.

a ¶ Adde ꝙ ab ignorãtia ſeu errore iuris q́s excuſatur vbi lex ẽ multũ dubia textus eſt in. l. regula. ff. de iur. ⁊ facti igno. ⁊ no. gl. in. c. vno de poſtu. prel. ꝫ. eo. li. ⁊ abb. in. c. fina. de cõſti. Fely. in c. de quarta. col. ix. circa princ. de preſcri. in regno ſicilie ingorãtia iuris excuſat a ꝑditione feudi ꝓpter nõ petitam inueſtituram vt no. Car. alexã in c. j. co. ix. quo tpe miles inueſtitu. pete. dequiti i vſibus feud. q: rex eſt munificus et liberalis. vt. l. imꝑialis. C. ꝺ nup. ⁊ no. in. l. in lege C. ad. l. falſid. fa

ſtinguitur q: ſi ad poſtulationem ↄceditur dꝫ vti impetrãs eodẽ iure ſi ſine poſtulatione tũc nõ cõpellitᷣ eodem iure vti. vt. ff. qđ q́ſq; iur. l. j. ⁊. ij. ſi nõ cõtinet ius iniquũ: ſꝫ fauorẽ illius cui cõceditᷣ ⁊ aliquam iuris cõis relaxationem ſiue ad poſtulationẽ eius cõcedatᷣ: ſiue nõ cõcedatᷣ prodeſt impetrãti tantũ ⁊ alij eum nõ cõtingenti: vt in. ꝫ. ſed qđ i principi. Itẽ prodeſt non ſolum ei cui non cõceditur: ſed etiaꝫ cuꝫ litiganti occaſione controuerſie que inter eos verſatur eſſet inequalitas vitanda tunc videtur eũ contingere: ⁊ ita loquitur lex. fin. de fruc. ⁊ lit. expen. l. ſacris. ⁊. l. vnicuiq;. Et hec connexitas ⁊ exceptio priuilegij ex eo procedit: q: non eſt h͞nda iudicijs acceptio perſonarum ſicut in hac regula cõtinetur ⁊ hoc aliquãtulũ tangitur in. d. ꝫ. ſed quod principi.

## Idem.

Ignorantia facti nõ iuris excuſat.

¶ Cõuenienter põt exẽplũ poni iſtius regule in eo qui in iure confeſſus eſt: ⁊ confitendo errauit. nã ſi errauit in facto iuſte excuſat error ⁊ non nocet confeſſio ſi errauerit in iure[a] error non excuſat: ⁊ iõ nocet cõfeſſio: vt. ff. de cõfeſſio. l. nõ fatetur. verbi gratia. ſi credebam te eſſe coheredẽ meũ cõfeſſus ſum in iudicio errãdo. iſte error non preiudicat. vt. C. de iuris ⁊ fac. igno. l. ſi poteſt diuiſionẽ. ⁊. ff. famil. l. cum putarẽ: ſed ſi cõfeſſus fui errando in iure: q: credebam teſtamentũ valere factum coraꝫ teſtib⁹ non rogatis vel factum coram non ſolẽni nũero teſtium error nocet vt probatur. ff. de confeſſis. l. nõ fatetᷣ. Item ſimpliciter poni poteſt exemplum ſi ſoluatur illud. qđ eſt natu-

cit qđ no. barto. ſed ſi ſuſceperit. ꝫ. j. ff. de iudi. q̄ eſt ratio illi⁹ munificẽtie. vid car di vbi. ꝫ. ꝙ nõ ꝓ vaſalis tenentibus feudſi a rege ſeu alio principe. vide doc. ſ. pe addi. alleg. et Spec. in ſuo aureo repertorio titu. de ignorã. facti vel iuris. ⁊ q̄ dixi in. ꝫ. vij. col. ij. de conſue. feu. lib. conſuetu. biturigum.

☞ Adde breuiter ꝙ ignorantia iuris nõ plus excuſat per nu. q̄ꝫ alios quãdo ipa potuit conſulere peritos: vt not. Bal. ⁊ alex. in. l. iuris. C. qui admitti. ⁊ ibi dicit poſt. Barto. ꝙ ſi eſt in loco vbi nõ eſt peritorum copia preſumitᷣ ꝓ ea. al's ſec⁹ ⁊ inquantũ dici non pl⁹ excuſari mulierẽ ⁊c. Illđ intelligo verũ niſi in caſib⁹ in iure expreſſis: vt not. bar. in. l. nec paſſim. C. ꝺ iur. ⁊ facti ignorã. ⁊ cardi. in clemẽ. qđ. iiij. de conſang. ⁊ affinita.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

a ¶ Adde quid operatur fieri aliquid in publicum quia facit rem eſſe notoriam: qꝛ que publice fiunt preſumuntur ſciri vt hic. §. preſcribere. verſi. literis. ꝛ. c. j. de poſtu. prelatorum. ꝛ ignorantia contra factum publicū nō excuſat: vt no. Bar. ꝛ Alex. in addi. in. d. §. preſcribere alias. §. de quo. ꝛ vide cepol. in conſi. xxxix. col. v. ꝛ Cald. in cōſi. iiij. ti. de offi. leg. qui ponit limitationem ad dictū c. de poſtu. prelato. ꝛ Franci. arc. in conſili. cix. ☞ Addō de hoc Barth. ſozin. in ſuo tractatu fallen. regu. clxxv. ꝛ ibi habes limitationem et hāc regu. ꝛ de hoc vide Pet. Philip. corſet. ꝯſi. xlij. in cip. plura. in lra d. vol. iij.

b ¶ Adde q̄ dicatur lata culpa tex. ꝛ ibi Bart. in l. qđ merus. ff. de poſi. ꝛ Fel. in. c. cognoſcētes. colū. j. de conſtit. et Lu. de ro. conſil. cccc xxvj. ꝛ Abb. ſicu. conſi. xviij. vo. ij. ꝛ deci. plamen. dalph. cccc lxxiij. ꝛ cepol. vero. in cōſi. xxxvj. col. iij. in princi.

c ¶ Adde q̄ dy. ꝛ que ibi dico. j. in regula preſumitur. ꝛ Bart. in l. iij. de conditi. ob cauſam. ꝛ in. l. j. verſic. formo. C. de confeſſis. ꝛ l. non fatetur. colū. iij. ff. de cōfeſ. ꝛ. l. nj. ff. de con

ralr ꝛ debitū ciuiliter indebitū. Nā ſi q̄ uidā p ignorantiā facti excuſat ſoluēs: ꝛ iō pōt repetere. vt. C. de iur. ꝛ fac igno. l. cū quis. ꝛ ad. l. fal. l. error. Sed opponitur et videtur q̄ ignorantia facti non excuſat. Nā ſi prohibitū erat vt non contrahatur cum eo qui taberne poſitus erat is qui contraxit ignorās prohibitionem factam non excuſatur: ꝛ ideo non poteſt agere cōtra dñm: vt. ff. de inſti. l. ſed ꝛ ſi pupilli. §. preſcribere. ¶ Sed dicēdum eſt q̄ aut erat publice[a] notum ꝛ tunc non excuſat vt in contrario: qꝛ videtur errans eſſe in lata culpa que dolo aſſimilatur ex eo qđ ignorat q̄ omnes intelligāt[b]. ff. de verb. ſig. l. cedere diez. §. vlti. ꝛ. l. late. ꝛ. l. magna. aut non erat publice notum tunc excuſat vt hic ꝛ in prealega. l. non fatetur. ¶ Sed opponitur ꝛ videtur q̄ ignorantia facit etiā non publice noti non excuſat: vt. ff. ad velleya. l. q̄q̄. dicunt quidam aut erat in facto alieno ꝛ ſi non erat publice notum excuſat vt. l. non fatet. §. ij. aut in proprio ꝛ tunc non excuſat: vt. d. l. q̄q̄ Sed contra hāc ſolutionez eſt q̄ iure cauetur: quia ſi crederes me pmiſiſſe tibi cum nō promiſiſſem. ꝛ ſoluaz repeto. Itē ſi ex ꝯuentione inter me ꝛ te inita: debui tradere predium impoſita ſeruitute ꝛ tradidi liberam condicere ſeruitutem poſſum quam tempore traditionis debui imponere vt. ff. de conditio. indebiti. l. ſed ꝛ ſi me putem. in princip. §. cum inter. ꝛ de actio. emptio. l. ſi tibi liberum per quod patet q̄ etiā in proprio facto tolerabilis eſt igorantia. ¶ Quidā dicūt q̄ aut ago de dāno vitando. ꝛ tunc toleratur: vt in. d. ll. aut de lucro captādo ꝛ tunc non toleratur que ſolutio q̄tū ad propoſitum nulla eſt quia in. l. q̄q̄. ff. ad velley. fideiuſſor certabat de dāno vitādo: ꝛ tamē ignorantia facti non excuſat. ¶ Sed q̄ vbi allego ignorātiā facti proprij. in iniuriam alteri⁹. i. illi⁹ cui promiſerā ꝛ expromiſſiōe mea obligat⁹ erā error facti ꝓprij nō excuſat[c]. lꝫ cōtendā de dāno vitādo vt in. d. l. q̄q̄ lꝫ vbi nō eſt in iniuriā alteri⁹ ſed volens mihi ſubueniri aduerſus dānū qđ incurrit per ignorātiā facti proprij excuſat ꝛ toleratur. Et ita loquitur preallegata l. ſi tibi liberum. Item opp. de. l. error. C. de iur. ꝛ fac ignorantia. ¶ Sed dicēdū eſt q̄ iſta regula reducat

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ad diſtinctionem illius: quia ſi confitendo in iudicio erraui in facto error facti excuſat vt hic: ꝛ corrigi[a] poteſt vſq ad probationem ſententie; ꝛ nõ poſt: vt.l.contraria. vlterius opponitur circa ignorantiã iuris videtur enim ꝙ ignorantia iuris excuſat: quia ſi ſi ſoluo illud quod erat omni iure indebitum vel ciuiliter latum debitum per ignorantiam iuris repetere poſſum.ff.de conditione indebi.l.ſi non ſortem .§.indebitum.et.§.adeo et.l.cum his.§.fideiuſſore.et.l.ſi fideiuſſor.ꝛ de iur.et facti ignoran.l.error. in fi. Dici poteſt ꝙ in.l.illa erratum fuit in iure extra iudicium et ratio iuris error excuſat ſi de damno vitando agatur: vt.l.preallegata.hic autem.et.l. nõ fatetur.erratum fuit in iure et in iudicio et ideo iudiciorum auctoritas operatur.vt error iuris reuocari non poſſit. ¶Sed contra hanc ſolutionem eſt quod iure cauetur ꝙ etiam error iuris in iudicio interueniens pootest reuocari.vt.ff.de interro.acti.l. de etate.§.qui iuſto.ꝛ.§.celſus. Dicendũ eſt quod ſcđm eos qui intelligunt predictos.§.in errore facti proprij oppoſito non procedit ſed ſcđm illos qui intelligũt predictos.§.j.§.in errore iuris dici debet ꝙ[b] error iuris in iudicio ante litis conteſtationem. vt in illis.§.poſt vero litis conteſtationem non excuſat: vt in.l.non fatetur et hic. ¶Item opponitur et videtur ꝙ ignorantia iuris excuſat ꝛ ſi de lucro captando agatur: vt.ff.de bonorum poſſeſſione.l.in bonorum.et de iuris ꝛ fac.ignorantia.l.regula.§.ſz iuris. Sed dicendum eſt ꝙ aut lucrum percipi poterat ſine alterius iniuria et tunc excuſat ꝛ toleratur ſi non potuit peritiores conſulere[c] vt.ff.de iuris ris ꝛ facti ignoran.l.iuris ignorantia.ꝛ de vſucapionibus.l.nunq.ꝛ.l.ſi fur. ¶Item opponitur circa p̃miſſa ꝛ videtur ꝙ iuris ignorantia non tolleretur etiam extra iudicinm.licet de damno vitando agatur.vt.ff.de acquir.here.l.ſi duo ſed dicendum eſt ꝙ ibi cauſa de qua agebatur originem ſumebat a lucro: et ideo licet ſubſequenter damnuz inducat iuris ignorantia nõ excuſat: cum magis originẽ ꝙ caſum poſt originem indecenter cõſiderari oporteat vt ff.de dona.l.quid id quod in principio et de acquirenda poſſeſſione.l.clam poſſidere circa principium ꝛ de fideiuſſo.tuto.in principio. ¶Item opponit̃ et vr̃ ꝙ ignorantia iuris excuſat: vt.ff.de cre.ab ordi. fa.l.fi.ꝛ.ff.ad ſilleya.l.ſi qs in graui.§.ſi qs ignorãs dicendum eſt ꝙ in illis.ll.qui dolum requirũt igno.

dit ſiue cã.et hic per Philip.franche.

☞ Addõ quod notaui addi.ſ̃.i proxi.apoſt.

a ¶Adde an error cõmiſſus in iudicio poſſit reuocari.Barto.et Bal.poſt Cy.in l.error.C.de iur. ꝛ facti ignorã.et in.l.j.C.de cõfeſ. ꝛ in.l.nõ fatet̃.et ibi alex.in addi. ff.de cõfeſ.ꝛ bal. in.l.cum preciũ ad fi.C.de liberali cauſa.

☞ Adde oĩno de materia hui⁹ apoſtil.ꝛ ſequẽ. Lanfrã.de oria. in.c.qm̃ ꝯtra falſam.§.confeſſiones.nu.xxxij.vſ. ꝑ veritate: ꝛ qđ ibi poſui in apoſtil.in vlti.addi. de proba.

b ¶Adde i quo differat an fuerit erratũ in iudicio vel extra.docto.in locis.ſ̃.allega.et Cyn.in.l error.in vlt.q.C. de iu.ꝛ fac.igno.ran.q̃ ſequit̃ dy. hic preceptorem ſuũm.

c ¶Adde ꝙ nõ ꝓdeſt mulierib⁹ ignorantia iuris in lucris captan



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

iuris excu. Certum eſt enim quo in aperiente tabulas teſtamen. ante iudicium defuncti neceſſe preſumitur dolus: vt in eadem. l. ſi qs in graui. §. quod et cauſam. τ ideo ignorantia iuris excuſat a pena: vt in eodem. §. ſi quis ignorans. In illis vero. ll. qui dolū non exigunt ſi quidem ius per eas inductum erat publice notum vere vel iuris preſumptione quia a tempore conſtitutionis publicate concurrerunt duo menſes: vt in auten. vt facte noue conſtitu. ignorantia [a] non toleratur: vt. ff. de publi. l. vl. §. licet. Sed vbi non eſt publice notum vere vel iuris interpretatione ignorantia toleratur: vt. ff. de decre. ab or. fa. l. vlti. Tamen contra predictam ſolutionem eſt. ff. ad. l. corneliam de fal. l. diuus. Certum eſt enim quod lex cornelia dolum requirit: et tamen ſicut ibi dicitur ignorantia edicti: ſeueritatem non excuſat. Sed reſponderi poteſt q aut lex requirit dolum verū: aut eſt contenta dolo preſumpto ex quali

dis ſi potuerūt cōſulere peritiores ſec9 ſi nō potuerūt: vt in. d. l. in bonorum. ff. de bo. poſ. τ ibi barto. et. l. iuris ignorantiam. τ ibi Bald. et doc. C. q admit. ad bon. poſ. τ. gloſ. i. l. iij. C. de iure τ facti igno. Et idē in ruſtico ſcdm Bal. ibi et in. d. l. iuris ignorātiaʒ et eſt rō: qꝛ ſicut mulieres τ ruſtici vadūt ad ſiluā pro lignis et ad ciuitatē p indulgētijs. Ita debēt ire p cōſilijs habēdis. nā hoc nō eſt ſm eū multū difficile propter loci ciuitateʒ. vt. ff. de dā. infecto. l. iiij. §. ſi tā vicinū. et tenet ang. in cōſil. clxxij. in fin. et vide pe. de anch. et imol. i. c. ij. de teſti. in vlt. col. τ cy. in. l. fin. C. de teſta. ſal. et Alexā. in. d. l. iuris ignorantiaʒ. Cy. et Bal. in. d. l. iij. C. de iuris. τ fact. igno. et bal. in. l. ſi duo. ff. de acquiren. here. et Ludo. de ro. in cōſi. cxxv. et ad p̄dicta τ ad hāc regulam vide pulchre Fely. in ca. qm colū. ij. de ſymo. vbi ponit tres cōcluſiones cū pluribus fallē. et philip. fran. hic τ Ange. in cōſ. cclxxxviij. incipiē. in viſo themate. ſupradicto pa. ca. ad noſtram. nu. ix. et ibi poſui in apoſtil. in verſ. nō excuſat. de rebus eccle. nō alie. τ adde quod notaui. s. ea. regula in apoſtil. primo.

a Adde vtrū lex vel ſtatutū afficiat vere ignorātē ad hoc vt ignorantia iuris pcedēs ex lata culpa vel dolo nō excuſet delinquētē ab. ſiccu. τ ibi Fely. in. c. cognoſcentes: colū. ij. poſt mediū. ver. pria eſt: de cōſtitutionibus. vbi ponit Fely tres cōcluſiones cū duab9 fallē. τ vide bar. in. l. qd nerua. ff. depoſiti. et lati9 in. l. j. ff. ſi qs teſt. li. eſſe iuſ. fuerit. τ Bar. τ ibi Ale. i addi. i. l. diuus. ff. de fal. τ Alex. in. l. ſi qs id qd i prin. ff. de iuriſdi. om. iudi. Et a q tēpore incipiat lex ligare. vide Fely. vbi. s. col. iiij. verſicu. circa ſecundū vbi ponit regulam qd lex incipit ligare poſt duos menſes a tpe publicationis ipſius. et etiā ſex fallen. τ per Barto. in. l. oēs populi. in. vij. q. et ibi Bald. et doct. moder. ff. de iuſti. τ iu. τ Jo. And. in data ſexti. j. eo. et glo. in pragma. ſanc. in fi. ſup verbo publicationē. et Abba. ſicc. in cōſil. xxxv. in prin. lib. ij. et alber. de gādino in ſuo tracta. maleficiorum titu. de multis verſicu. quero pone fore bannum. et deciſi. capetholo. q. cccclxiiij. τ cepolā in conſi. xiij. in. ij. co. τ frāciſ. de are. i cōſ. lxvij

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

☞ Adde quod
no. ad propoſitū
hui⁹ apoſt i ad-
di. ad deci. th'e.
in alb. deci. cccc-
xliij. all. eſt. cccc-
xliij. vbi plene ex
aiaui hunc arg.
a ¶ Adde Bar.
in lege nerua et
ibi doct. ff. depo
ſitione.
b ¶ Adde qd lʒ
pater teneat̄ de
iure naturali ale
re filiū. vt. l. j. §.
hui⁹ ſtudij. ⁊ ibi
doct. ff. de iuſti. ⁊
iure. et inſtit. de
iure naturali gē
tiū ⁊ ciuili i pn̄ci.
⁊ ibi io. fa. xpoſo.
por. ⁊ Ang. ⁊ ab.
ſicc. i. ꝯſ. lxxv. col.
vlt. lib. j. ⁊ gl. ab.
⁊ ꝓpoſiti. in. c. cū
haberet. de eo q̄
ducit in mr̄imo-
niū quā polluit
ꝑ adulteriū. tn̄ d
iure naturali nō
eſt educatio pa-
rentū facienda a
liberis: ſʒ natu-
rali rōne vt bene
facientib⁹ bn̄fa-
ciamus vt. l. ſʒ ſi
le. §. ꝯſuluit. ff. d
peti. hered. ita tʒ
Bart. in. d. l. j. §.
huiusſtudij. ⁊ in
l. ſi q̄s a liberis.
§. parēs. ꝑ illuʒ
textuʒ. ff. de libe.
agnoſ. ⁊ bal. ſin.
inſtitut. de iure

tate facti: vbi requirit dolū verum
ignorantia iuris excuſat. vt. d. §. ſi
quis ignorans. Ubi vero contenta
eſt dolo preſumpto ex qualitate fa
cti qd ſcilicet preſumat̄ dolus. Do-
lus ex qualitate facti eſt vbicunqꝫ
quis faciat quod ſcit vel ſcire de-
bet ſe facere non debere [a] vt. C. de
iniurijs. l. ſi non conuitijs. et ad. l.
corne. de ſicca. l. j. ff. de doli. except.
l. j. iuris ignorantia non excuſat: vt
hic. ⁊ in prealleg. l. diuus claudius.
¶ Ratio autē eſt qꝛ qui ignorantiā
pretendit eius qd eſt publice notū
videt̄ eſſe in lata culpa: vt dicta. l.
cedere die. ⁊. l. lata. Lata enim cul-
pa dolo preſumpto equipollet. Jtē
opponitur cōtra predicta ⁊ videtur
ꝙ ignorantia non excuſat etiā vbi
de damno vitando agitur vt. ff. ad.
l. iul. de adulte. l. ſi adulterium. §.
ſtuprū. C. de in ius vocan. l. venia.
Sed dicendū eſt ꝙ aut pretēditur
ignorātia iuris ciuilis. ⁊ tunc locuʒ
habēt oīa ſupradicta vbi vero pre-
tenditur ignorantia iuris natura-
lis: vt qꝛ pretendit fili⁹ ſe ignoraſſe
qd non debuerit iniuriam inferre
patri vel qd non deberet patri ꝓui
dere in neceſſarijs alimētis [b] vel ꝙ
nō deberet furtum committere vel
homicidium vel certa delicta iure
naturali prohibita non toleratur
licet ſit de damno vitando: vt. d. l. ſi
adulterium. §. ſtuprū. idem ſi quaſi
iuris naturalis ingnorātia pretēdi
tur. vt quia di. libertus ſi ignoraſſe
ꝙ patrono reuerentiam exhibere
deberet cum eam ab eo conſecutus
fuerit premium libertatis quaſi na
turali iure tenet̄ vt iure compenſa-
tionis eidē debeat reuerentiam ex
hibere. ⁊ ideo ignorātiam iuris nō
excuſat [c]: a dāno qd incurrit ꝓpter
reuerentiā nō exhibitā. C. de in ius
vo. l. ij. ¶ Ultimo diſtingui pōt cir-

natura gē. et ci-
uili in pn̄c. col. j.
ꝓpe fi. cū ſequē.
⁊ Bald. in. l. j. §.
ius naturale co.
j. ff. de iuſti. ⁊ iu-
re. ⁊ an educatio
pr̄is et filij. ſit de
iu. ciuili. vide per
doc. ſ. alleg.
☞ Adde ꝓpo-
ſitū ꝑſentis hui⁹
addi. an debeāt
alimenta natis
ex illicito vel dā
nato coitu d̄beā
tur ꝑ parētes vi-
de bal. in. l. id qd
pauperibus. nu.
xxxvij. verſi. vlti.
querit̄ et qd ibi
dixi i apoſtil. ad
ipm in ℣. alimē-
ta. C. de epiſco. ⁊
cle. ⁊ q̄d ſi ea te-
ſtator dari ꝓhi-
buit notaui poſt
dy. in addi. i. l. j.
in verſic. nō ſunt
alēdi. ff. de cōcu.
notaui poſt ale.
in additione. ad
Bar. in. l. meui⁹.
℣ſ. ſʒ iſtud forte
i ℣ſ. iure canoni-
co. ff. de legat. ij.
notaui poſt. gl. i
l. ſi q̄s i apoſ. i. ℣.
ex illicito coitu.
poſita ſup gl. in
℣ſi. iuſte. ff. d lib.
agnoſc. et notat
mathe. ſingula.
cxvij. incipit. no.
ſingula. dictum.
c ¶ Adde glo. in



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

d.l.ſi adulteriũ ꝙ dicit ꝙđ ſi quis errauit in iure naturali vel gentium nõ excuſat.vt ſequit hic dynus lȝ aliqualiter releuetur ſm gl.ſȝ Bart. ibi hoc reprehendit:ꝛ diſtinguit vt ibi vide ꝛ Alexan.in.l.ſi quis id ꝙđ in prin.col.ij.ff.de iuriſdi.omnium iud.

a ¶Adde ad hanc regulam doct.in.c.ab excõicato.maxime Jnno.de reſcrip.et Ange. areti. ꝛ Jaſon. đ mayno.i.§.ſi ꝙđ agens.de actio. inſt.ꝛ Dy. ꝛ que ibi dicã i regula ſequenti.ꝛ in regula preſumitur ignorãtia.j.eo.ꝛ per Abb.ſicc.et Felyñ.in.c.ij.de conſti.gloſ.in.c. ap̄lice de cle.excõ.miſtrã.ꝛ Alexã.cõſi.xxxj.i.iij. colũ.in fi.li.ij.et ang.are.inſti.de nup.§.ſi aduerſus.ꝛ Bart.i.l.ſi adulteriuȝ.ff.de adul.ꝛ in.d.l.nõ fatet.ꝛ ibi Alex. in addi.ff.de cõfeſſis.Cyn.Bal. Bar.ꝛ Saly.i.l. error.et de iuris ꝛ fac.igno.Bar. in.l.claudiꝰ.ff.đ acq̄.here.ꝛ lud. đ ro.i ꝯſ.ccxxv.et fely.in.c.j.co.ij.j. diſ.ſȝ q̄lit ꝓbat error dic ꝙ ꝗ allegat tenet ꝓbare.vt tenẽt Cy.ꝛ doc.i.d.l.error.ꝛ ꝓbat eoipſo ꝙ ꝓbat rẽ alit ſe hr̄e ſm Bar.i.l.đ etate.§.ꝗ iuſto.ff.đ iterro.acti.ꝛ in.l.

ca materiam regule.ª qꝛ aut errat in iure aut in facto.ſi in iure aut ciuili aut naturali aut quaſi naturali.ꝛ ſi in ciuili aut in iudicio aut extra iudicium ſi in iudicio ſiquidẽ ante litẽ conteſ.error excuſat ꝓbata cauſa erroris legitima.vt.ff.de interro.act.l.de etate.§.ꝗ iuſto.ꝛ.§.celſus.ſi poſt lit.conteſt.ignorantia nõ excuſat:vt hic ꝛ.d.l.non fatetur.Si erratur extra iudicium aut agetur de damno vitãdo aut de lucro captando.et ſi de damno vitando aut erratur in eo in quo requiritur dolus verus aut in eo in quo ſufficit dolus preſumptꝰ vel lata culpa vel leuis ꝛ multo fortius ſi leuiſſima ꝛ ſi in eo quo requiruntur dolus verus iuris ignorantia excuſat.ff.ad ſil.l.ſi ꝙđ in graui.§.ſi quis ignorãs:ſed ſi erratur in eo.in quo requirit dolus preſumptꝰ.vł lata culpa tũc ſiquidẽ erat publice notũ vere vel iuris preſumptione.vt qꝛ a tempore publicatiõis concurrũt duo menſes iuris ignorãtia non excuſat.vt.C.de legi.l.leges ſacratiſſime.ꝛ de iuris ꝛ fac.igno.l.cõſtitutiones.ff.de publi. l.vlti.§.lȝ.ꝛ ad legem corneliã de falſarijs.l.diuus claudius.ſed ſi non erat publice notum vere vel preſumptiue iuris ignorantia excuſat.ff.de decre.ab ordi.faci.l.finali.Sed ſi agatur de lucro captando ſi quidem cũ alterius iniuria vt per vſucapionem iuris ignorantia non toleratur nec excuſat ſiue potuit ſiue non potuit peritiores cõſulere iuris ignorantia non excuſat.vt.ff.de iuris et fac.ignoran.l.iuris ignorantia.ꝛ de vſucap.l.ſi fur.ꝛ.l.nunꝙ̄.ſed ſi ſine alterius iniuria ſi non potuit peritiores conſulere iuris ignorãtia toleratur ꝛ excuſat:ſȝ ſi potuit peritiores conſulere iuris ignorãtia nõ excuſat.vt.ff.de iuris ꝛ facit igno.l.regła.§.ſȝ iuris.ꝛ.§.ſi ꝗd de bono.poſ. l.in bonorũ.ꝛ quis ordo in bono.poſſeſ.ſeruet.l.ij.§. vlti.ff.de acquir.here.l.ſi duo ꝑpter rõnem quã.s. dixi.¶Si erratur in iure naturali ignorantia iuris nõ excuſat.vt.d.l.ſi adulteriũ.§.ſtuprum.ſi erratur in quaſi naturali iuris ignorãtia nõ excuſat.vt.C.de in ius vocan.l.ij.ſi errat in facto aut in proprio aut alieno.ꝛ ſi alieno aut erat publice notũ aut nõ erat publice notũ.ſi erat publice notũ ignorãtia non ex-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cuſat.ff.de inſti.ac.l.ſed ꝛ ſi pupillus.§. pſcribere.ſi nõ erat publice notum ignorantia excuſat vt.ff. pro ſuo.l.fi.ꝛ.j.eo.c.proxi.ſi in facto proprio aut erat de damno vitando: aut de lucro captando. ſi de lucro error nõ toleratur in proprio facto.ſi dãno euitãdo aut cũ alterius iniuria.ꝛ tunc error in proprio facto nõ toleratur: vt.ff.ad vellẽ.l.quãq̃.aut ſine alterius iniuria.ꝛ tunc error in facto proprio excuſat et tolleratur.vt.ff.de cõdi.inde.l.ſʒ ꝛ ſi me putarẽ ĩ pñ.ꝛ.§. cũ inter.ꝛ de acti.emp.l.ſi tibi liberum ꝛ ita optʒ intelligi que notanẽ.ff.de lega.j.l.ſi res obligata.Dy.

nõ fateẽ.ꝛ in.d.l. error.ꝛ lud. bol. in.l.ij.C.de erro. aduo.in ſcðis interp.ꝛ cepolã in cautela.cj.ĩ pñ.ꝛ alex.ↄſ.lxxxix.co. v.ꝟ.ꝛ eoipõ.li.ij. ꝛ ab.ſiccu.ĩ ca.ex pte.de ↄfeſ.ꝛ cardi.Alexã.in.c.ij. col.j.iiij.diſtin.

## ¶ Idem.

Cum quis ſuccedit in ius alterius iuſtã ignorantie cauſam habere preſumitur.

¶ Pone quod promiſiſti dare bouem in kalẽdis augusti ſi nõ dares promiſiſti centũ noĩe pene.decedis ante kalendas augu.heres ignorãs promiſſionem factam nõ ſoluit: dubiũ eſt an poſſit cum effectu cõuenire ad penam.ꝛ reſpõdeẽ ꝙ nõ q꞉ iuſtam habuit ignorãtie cãm vt hic ꝛ.ff.e.l.q̃ in alterius.ſed ꝯ eſt a parte de verbo.ob.l.ad diẽ.vbi dicit ꝙ mortuo promiſſore ante diẽ pena.nihilominus cõmittitur adueniente die quo dare debuit lʒ promiſſoris hereditas nõ ſit addita ꝛ idem dr̃ de nau.feno.l.vlti. ſed dicas de rigore iur.penã committi ꝯ heredẽ ignorãtẽ[a] vt. d.l.ad diẽ.ꝛ de nau.fenore.l.vlti.Sed pp pbabilem ignorãtie cãm poſtulare põt ſucceſſor beneficiũ reſtitutionis in integrum ꝛ eo impetrato nõ nocet pene commiſſio vt hic ꝛ in.d.l.q̃ alteri⁹ nocet ergo ipſo iure.vt in ꝯijs: ſed ꝑpter pbabilẽ ignorãtie cãm reſtitutio datur.vt hic. ¶ Itẽ opponiẽ ꝛ vr̃ ignorãtiã nõ tolerari in pſonã ſucceſſoris ꝛ penã cũ effectu cõmittini ſi ſucceſſor fuerit pupillus.vt.ff.de ꝟbo.obli.l.cũ filius.§.i hac ſtipulatiõe. ¶ Sed diſtingue vtrũ ſucceſſor agat vel cõuenitur: q꞉ ſi agat vel aliũ inquiret pena cõmittiẽ cũ effectu: lʒ ignorauit promiſſionem factã ab eo cui ſucceſſit.vt.in.d.§.in hac.ſed ſi cõuenitur tunc pena non cõmittitur de rigore iuris. vt in l.ad diem.ff.de ꝟb.obli.ꝛ de nauti.feno.l.vlt. Ratio autẽ eſt q̃ reddiẽ in tex.vt in.d.l.q̃ in alteri⁹.q꞉ q̃ agit plene certus eſſe debet cũ ſit in ptãte eius ante velit experiri.ꝛ añ dʒ rem diligenter explorare. ꝛ tunc ad agẽdũ precedere q̃ rõ nõ extẽdiẽ ad eũ q̃ conuenitur

☞ Addõ ad materiaʒ huius a poſ.ſcʒ an ꝛ q̃s probare debeat ignorantiã ꝛ q̃liter pbeẽ bo. tex. ꝛ ſing.i.c.ſi vero aliq̃s.ꝟſi. ꝑpriũ iuramẽtũ.ð elec. li.vj. vbi ꝙ iuramẽto allegantis ignorãtiã pbeẽ. quẽ tex. limita p gl. Alexã. Lud. ꝛ docto.in. l. qui bõa.§. q̃ alieno. ad fi. ff. de dan. infec.dixi ꝛ i addi.ad pnilip. frãche.poſt eũ.in.c. circa.nu.vij. i ꝟ. ignorãtia pbaẽ pãlle.ti. ð ele. li. vj. ꝛ poſui i addi.ad ſtil.pla. ti. ð adita here. ꝟ. a ¶ Adde bar.ꝛ ale.i.l.cũ fili⁹ .§. in hac.ff. de ꝟb. ob.ꝛ Bar.ꝛ Ale. poſt Dy. in.d.l. ad diẽ.hic alleg.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

a ¶ Adde Ange. are. ꝛ Joã. fab. q̃ dari tutores poſ. in prin. in glo. datus. inſti. qui idem tenent. ꝛ Bart. in. l. q̃ in alterius. ff. eo. dicit ꝙ ſucceſſor conuictus hꝫ iuſtã cãm ignorãtie vſqꝫ ad publicatiõeꝫ teſtiũ vel productionẽ inſtrumenti. per q̃ appareat ipm̃ eſſe certioratũ ꝛ nõ hr̃e cãꝫ ignorãtie: qꝛ tunc ab illo tp̃e poſtea dꝫ condẽnari in expẽ. vt. l. ſi qs inſiciat. ff. dpoſiti. ſed ſecus eſt in actore: vt tenet hic Dy. lꝫ ſcd̃m bar. poſſit eſſe ex pte actoris iuſta cã: q̃ ſtatim. cognita dꝫ deſiſtere ꝛ releuabitur ab expen. vt. l. de ſtitiſſe. ff. de iud. ꝛ. l. cũ quẽ temere ꝛ ibi Bar. ꝛ vide Bald. in cõſil. ccxxj. li. j. ꝛ Barto. in. d. §. in hac ſupra allega. ꝛ in. l. q̃ ſolidũ. §. etiã. ff. de leg. ij. ꝛ in. l. j. ff. de alie. iudi. mutã. barto. ꝛ Bald. in l. proponendũ. §. ſui autẽ. C. de iu. vbi ponit Bal. in fin. quid ſi qs habens iuſtã cauſam litigandi ſuper tota cauſa tñ ſuper vna exceptione nõ allega. Johan. in. c. preteriri de elec. vide Bald. in. l. nõ ignorare c. de fructi. ꝛ lit. expen. ꝛ ꝑ Bald. in auſ. gn̄aliter ꝛ ibi Bart. ꝛ Salyc. in C. de epiſco. ꝛ cle. Bald. in. l. terminato. ꝛ ibi ſalyce. C. de fructu. ꝛ lit. ꝛ Abba. ſicu. in. c. finem litibus. de dolo ꝛ contuma. ꝛ ibi vide de iuramento calum in an excuſet ab ex pen. ꝛ Barto. in. d. l. etiam ꝛ Cy. in d. autenti. generaliter. ꝛ ideꝫ tenet Joã. and. in. c. j. de elec. ſupra eo. et in regula precedenti ꝙ error excuſat ab expen. cõdemnatiõe in cauſa principali. ſecus in cã appellationis rõnem ibi vide. ſꝫ accu. aliter dicit in. l. generaliter. §. j. ꝛ ibi vid̃ omnes docto. C. de reb. credi. ſed Bal. in cõſil. lxxxiiij. col. iiij. ꝟſic. ſed ſi qs lib. j. dicit ꝙ Jo. an. dꝫ ĩtelligi in expẽſis factis in cã appellatiõis ex nouis actis ex productis. vt no. Johã. andr. in regula precedẽti. ꝛ Jnn. ĩ ca. finẽ litibus: ꝛ ibi abas. de dolo et cõtu. ꝛ i. d. l. gn̄aliter. §. j. ꝛ Ang. areti. inſtitu. de pena teme. litigã. §. j. col. pe. ꝟ. q̃ro vnus obtinuit. ꝛ gl. ſingu. in. l. ſi. ff. de re iudi. q̃ dicit ꝙ ille q̃ ſuccũbit in cã appellationis tenetur reficere omnes expẽſas etiã prime inſtantie ſed rapha. ful. ibi ꝛ docto. s̄. allega. vt. s̄. dictũ eſt tenent ꝯ̃trium: et vide deci. capella. tholoſe. ccxxiij. ꝛ ibi qñ appellãs ꝑ parte obtinet ꝛ ꝑ pte nõ. ꝛ lanfrã. de oria. in ſuo trac. de arbi. in vlti. parte. q. xvj. ad predicta accedit gl. in auſ. de iud. §. optꝫ in verbo ſolo adiecto. ꝑ quã dicit ibi ange. ꝙ iuſta cã litigãdi excuſat ab expen. tñ fal. lit. qñ expẽſe ſunt ꝓmiſſe. ꝛ idẽ tenet bal. in. l. eos. §. cautione. C. de

vt. ff. de doli excepti. §. vlti. et ideo alius eſt effectus vnius ꝛ aliꝰ alterius. ¶ Queri autem põt an heres emphitheoteᵃ qui ſoluere ceſſauit eccleſie canonem per biennium vel priuato ꝑ triẽnium excuſari poſſit et debeat pretextu ignorãtie quod videt̃ per verba iſtius regule. vt. ff. eodẽ. l. q̃ in alterius. qꝛ in tempore non ſolet cadere ignorãtia vt. ff. qñ appella. ſit. l. j. §. dies ꝛ. §. ſi aduerſus. ꝛ. ff. de calũ. l. annus. ꝛ de edili. edic. l. cum ſex econtra videtur cadere a iure ſuo in dicta. l. ad dieꝫ. ꝛ de minori. l. emilius. de nauti feno. l. vlti. Dicẽdum vr̃ ꝙ de rigore iuris poſſit deiici a iure emphiteoticorum vt in. d. l. ad diem. cum ſi. ſed ꝑꝑ iuſtã ignorantie cãm reſtitutio. cõcedi debeat vt hic. ꝛ. d. l. qui in alterius. Jtẽ q̃ri põt q̃re eſt q̃d mortuo ſtipulatore ſine herede vel relicto

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

appel.et in.d.auc.generaliter.et Ange.⁊ Bald.in.d.§.ſui autem de iudi.Alexander de imol.in cōſi.li. col.iiij.ver.ſi.poſſet lib.v.⁊ in cōſi.xxx vij.in vltima col.li.ij.⁊ bal.et Ang. in.l.non ſolū.ff. de rei vendica. ſed Alexand.in cōſi.clxxxiij.i fin. volu.v.tenet cō-trarium ꝙ iuſta cā litigandi non excuſat ſtāte ſtatuto qđ victus victori ⁊c.et frā-ciſcus de crema.in ſuo ſingu.cxx. et vide Alexā.in cōſil.liiij.eod.li.⁊ in cōſi.xxxiiij.in fi.li.iij.an commu-nes opi.doct.excuſet a condēnatio ne expenſarū;vide doc.ſ.alleg.et in.c.finē litibus zenſe.in clementi. ne romani.de elec:haberi in.c.ſa-cro.de ſenten.excō.vbi loquuntur etiā de opinione vnus docto.et per Abba.in ca.capellanus de ferijs et in.c.j.de re iud.⁊ in.c.j.de poſtu.p̄-la.vbi dicit quod excuſata pena le-gis:⁊ per Barto.in.l.cū quidā.§.ꝙ dicit.ff.acq.here.et Fely.in.c.ſuper his col.vlti.de accuſatio nam cōis op.inducit probabilē errorē facti. d.c.j.de poſtul.p̄la.cum ibi no.et l.ij.ff.de iur.⁊ fac.igno.⁊ Bart.in.l. de eo.⁊ ibi ſing.Alexan.in addi.C. de pena iud.q̄ male iudi.p Johan. an.⁊ Abba.ſicc.in.c.j.et Inn.in.c. ne imitaris de cōſt.⁊ Alexā.in.d.cō ſi.lj.lib.v.et in conſi.lxvj.in.fi.e.lib. et per Bal.in.l.obſeruare.§.ꝓ ſici. ff.de offi.procōſul.⁊ lega.et gl.i.c.j de collati.in verbo opinio.fo.ij.in pragmati.ſanctio.et Bal.in.c.j.§. iudices de pace iura.fin.et Fely.in j.cōſti.co.xx.cū ſe.vbi ponit regu-lam cum fa.⁊ Joā.ba.caſti.in ad. ad dictionarium albe.de roza.et

herede cui nō pōt de iure ſolui pe-na nō cōiter ipſo iure:vt.ff.de vſu. l.pecunia funebris in fi.⁊.l.cū q̄daz §.ſi pupillo.ſz eē a mortuo ꝓmiſ-ſore cōmittitur lz reſtō ꝯcedatur vt dem eſt.Rō.n.eſt q2 caſ' ꝯtigēs in pſonā creditoris n̄ dz extēdere obligatio-nē debitoris.ar.ff.e.l.ois hereditas

no.corſeti in ſuis ſint.incipien.vbi docto.in litera et in verbo opinio. et an Bart.Bal.in cle.j.de elec.et cardi alexan.in.c.qs neſciat.ix.di. et in.c.menſa.ij.diſtin.⁊ Bar.Ang. et Alexā.in.l.cū prolatis.col.vlt. verſi.addi.que-rit Bart.ff.de re-iudi.et paul.de monte pico.i re-pe.§.titia.l.titia ff.de leg.ij.colū. xiij.An in dubio preſumatur igno-rātia i ſuccedēte in ius alteri' alex. tz ꝙ ſic in ꝯſi.lxx.li.j.col.iij.ver.ipa ⁊ vide alex.i cōſi.cxxiiij.in fi.e.li.an iudex debeat ſeq.cōem opi.vel pti cularis doctoris ⁊ doc.ſ.allega.et ad iſtā rōnē vide Maria.ſoz.i rub. de cau.poſ.⁊ ꝓprie.i.iij.trac.art.iiij ver.vj.cōpetit publiciana vbi pul-chre declarat iſtā rōnē ⁊ no.vnū ꝙ lz iuſta cā litigādi excuſet ab.exce. nō tn̄ excuſat a cōdēnatiōe fructuū vt no.bal.p illū tex.in.l.ex diuerſo. §.vbi aūt al's eſt lex.de rei vēdi.ꝙ no.⁊ idē no.do.de ro.deciſi.clxxij. in nouis.ti.de dolo.⁊ contu.

☞ Adde ad ꝓpoſitū huius apo-ſtil.⁊ ſignāter dum q̄rit an iura.de calūnia excuſet a cōdēnatiōe expē-ſaꝝ.vide bal.in auc.gn̄alr nu.ix.et ibi no.poſt eū.i.ver.iuramē.calūnie C.de epi.⁊ cle.dixi poſt guil.d cug. in.l.ꝓperādū.§.ſin autē alterutra. nu.iij.i.ver.iuram.calūnie.C.de iud. ⁊ poſt lāfr.de oria.i.c.qm̄ ꝯ falſam §.expēſe.nu.iiij.i.ver.e.natione ex pē.ꝓbat.⁊ an debeat fieri ꝯ vitium in vno cap.dixi poſt p̄alle.de cug. vbi.ſ.nu.ij.i.ver.i expēſis.⁊ in addi. ad lāf.vbi.ſ.nu.x.in ver.niſi i q̄nq̄gi. a ¶ Addō hic Jo.an.⁊ in add.ſpec. de loca.§.aliā.ver.xix.⁊ barto.in.l.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ad diem.ff.de verb.ob.glo.⁊ Iaſ.in.l.ij.C.de iure emphiteot.Bal.in.l.fi.C.ſi pendem.appe.⁊ bar.in.l.emilius.hic alle.Fely.in.c.vigilanti.col.ij.in princ.de preſcriptio.⁊ an.Barba.in repe.c.rainaldus in Iohãnina.circa finem de teſta.⁊ Bar.Alex.in.l.cum filius.§.in hac.ff.de vb.ob imo.in.c.potuit.de loc.Cy.in.d.l.ij.de iure emphi.et Anto.corſe.in ſing.i litera hrs.

⁊ Lan.de oriano in tra.de arbi.q.ix.et abb.ſic i ↄſ.in col.vj.vol.ij.⁊ deci.pla.dalph.q.xxiij.in fine.

a ¶ Adde tex.et ibi Bald.in.l.ſi traiecticie.ff.de nau.fenore.et Spe.titul.de cã poſſ.⁊ proprie.§.notãdnꝫ.v.q̃d ſi añ.⁊ ꝙ no.gl.vlt.⁊ ibi doc.i.l.ij.C.de iure emphi.

b ¶ Adde quod odiũ duplex eſt publicũ et priuatum de q̃ p Abb.ſicc.in.c.quotiẽs de teſti.⁊ quãdo odia teſtrigi ⁊ fauores ampliari debeãt vide ale.i.l.cetera.§.ſꝫ et ſi q̃s.ff.de lega.j.⁊ p glo.⁊ Bart.in.l.ij.§.exercitij ff.de his q̃ notã.infa.bar.⁊ Ioh.de plat.in.l.quẽadmodum.C.de agricu.⁊ cẽſi.lib.xj.⁊ Io.imo.i.d.l.cũ quidam.de liber.et poſth.et Bal.in.l.j.in.iij.q.C.de li.prete.⁊ Alex.in.d.l.cũ q̃

.§.nunq̃ ⁊ ad.l.acq̃.l.qui occidit.§.vlti.ſed econtra cõtingẽs ĩ pſonã debitoris nõ dꝫ variare abligationis cõditionẽ vt.ff.de ver.obl.l.ij.⁊ de p̃to.ſtip.l.ij.

¶ Idem.

## Odia reſtringi fauores conuenit ampliari.

¶ Caſus iſtius regule eſt.s̃.de electi.c.ſtatutum libro.vj.vbi dicitur quod ſtatutum de his qui ad parrochialium eccleſiarum regimen aſſumuntur promouendis ad ſacerdotium infra annum alioquin ipſis eccleſijs ſunt priuati ad collegiatas eccleſias extendi nõ debet:qnia cum ſit odioſum reſtringi conuenit potius q̃ꝫ laxari. Exemplum etiam apertum ponitur.ff.de libe.⁊ poſth.l.cũ quidam.qꝛ ſi pater inſtituat filiũ ex re certa valet inſtitutio.ſꝫ ſi exheredet a re certa nõ valet exheredatio:quia in inſtitutione verſaṫ fauor quẽ cõuenit ampliari in exheredatione odiũ qḋ econtra oportet reſtringi. ¶ Itẽ pbaṫ qꝛ iure cauetur ꝙ pactũ liberatorum id eſt de nõ petẽdo tollit ipſo iure naturalẽ obligationẽ.ff.de ſolu.l.ſtichum.§.naturaleꝫ pactũ vero de petẽdo ꝙ eſt obligatoriũ nõ tollit ipſo iure vt.ff.de pact.l.ſi vnꝰ.§.pactũ ne peteret. Et hoc contingit pp rõnẽ iſtius regule.ſcꝫ qꝛ in pacto predicto de nõ petẽdo verſaṫ fauor quẽ cõuenit ampliari in pacto p̃dicto de petẽdo verſaṫ odiũ ꝙ opꝫ reſtring. vt.ff.de acti.⁊ obli.l.arrianus. Sꝫ ↄ̃ regulã vr̃.ff.de his q̃ no.infa.l.ij.§.exercitũ vbi odiũ ampliaṫ ⁊ nõ reſtringiṫ. Sed dicẽdũ eſt ꝙ aut ex vtraqꝫ parte.i.fauoris ⁊ odij verſaṫ ius priuatũ aut ex vtraqꝫ publicum.aut ex altera priuatũ ⁊ ex altera publicũ [a] Primo caſu ⁊ ſcḋo ampliaṫ fauor.⁊ reſtringiṫ odiũ qꝛ cũ natura ſint hincinde paria certũ eſt in re dubia fauorabilẽ cãm potiꝰ aſſumi debere q̃ꝫ odioſam vt in p̃alle.l.cũ q̃dã ⁊ arg.ff.eo.l.quotiẽs ideꝫ ſeruo ⁊.l.quotiẽs.nihil.in tertio caſu p̃fertur ius publicuꝫ ſiue verſeṫ ex p̃te odij ſiue ex parte fauoris ⁊ de iſto tertio caſu loqṫ.ff.de his q̃ no.ifa.l.iij. Et rõ huiꝰ eſt qꝛ fauor publicꝰ p̃ferri dꝫ vtilitatibꝰ priuatorum [b] vt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cā.l.fi.ꝛ phi.frā.
hic ꝛ qn̄ odium
repellat quem a
teſtimonio.vide
Alexan. conſilio
xcix.in.ij.col.j.li.
bro.ꝛ an lex poſ=
ſit eſſe pro parte
fauorabilis ꝛ p
parte odioſa vi=
de bal. ꝛ ibi Lu=
do.bolog. in ſe=
cundis interpre=
ta.in.l.j.§.quod
autē.ff.de alea=
tor.ꝛ Bald.ꝛ ibi
in additio. Ale=
xan.in.l. veniā.
C.de in ius voc.
ꝛ Alexan.in.l.ſꝫ
ſi hac.§.ſemper
in pricipio .ff. de
in ius vocan.ad=
de ꝙ no. Felyn.
in.c. dilectus . in
ij.colum.in verſ.
quarta cōcluſio
de reſcrip. ꝛ col.
iiij.verſi.iij. facit
ꝛ Car . Alexā.in
c.vera.l.v.diſtin
a ℭ Adde text.
in.l.vna.§.fin.et
ibi doc. C. de ca=
du . tollend.ꝛ in
auten. res q̄ ſub
iacent reſtitutio
ni.C.cō. deleg.ꝛ
in.c. licet . de re.
et tranſeunt. ad
relig.quod intel
lige ſm gloſſ.ibi
cum per publi=
cam non impedi
tur priuata quia
charitas bn̄ or=

C.de primipilo.l. vtilitas. ꝛ in auẽ.
de reſt.ꝛ ea q̄ parit in.xj.menſe .§.
quamobrem . colum . iiij. Sed hoc
falſum eſſe poſſet aliquis oſtende=
re euidenter certum eſt ꝙ in male=
ficijs puniēdis fauor publicus ver=
ſatur . vt. ff.de publica.l. citatio .§.
quod illicite.ꝛ.ff.de fideiuſſoribus.
l.ſi a reo.§.quod vulgo ꝛ ad.l.acq̄=
liam.l.ita vulneratus : tamen iure
cauetur ꝙ interpretatione legū pe=
ne delictorum potius moliende ꝙ̄
exaſperāde vt.ff.de penis.l. preſes.
ꝛ.l.interpretatione legū.Sed dicen
dum eſt fauorē publicū deſiderari
ita vt maleficiū non remaneat im=
punitū ex quo cōſtat cōmiſſum non
autē in re dubia.i.cū incerta eſt cri=
minis q̄litas pene exagerentur: ſꝫ vt
potius minuatur cū potius clemen
tie ꝙ̄ ſeueritati[a] nos iudicātes ſtu
dere oporteat:vt.ff.de pen .l. reſpi=
ciendū in prin.Itē contra predictaꝫ
diſt.eſt.ff.de ſup.tut.l.ij.§. q̄d ergo
vbi ſi nō appet cā remotionis ex cā
leuiori remot9 videtur.Et tn̄ remo=
tionē tutoris ſuſpecti ſuadet publi=
ca vtilitas vt in ti.eo.l.j.§.cōns.imo
nō eſt cō : qz ibi nō ſuadet delictum
ſed preſumitur in dubio min9 fuiſſe
delictum cuꝫ ſit certa delicti quali=
tas.Et ideo[b] ad ſniam cōdēnatoriā
ſequitur minor pena cum pena mo
deranda ſit ſm qualitatē delicti.vt
ff.de offi.prefecti vrbis.l.j.§. cū pa=
tronus.ꝛ de iure pr̄ona.l.j.Dyuus.

## ℭ Idem.

Decet cōfeſſum
a principe bn̄fi
ciū eē māſurū.

ℭ Clariſſime ptꝫ ex=
emplum iſtius regule in aucto. con
ſtitu . que de dignita .§.illico vbi
dicitur ꝙ ſi filiuſfamilias propter

dinata incipit a
ſeipſo.l.pſes. C.
de ſeruitu. ꝛ aq̄=
ꝛ vide text.in.c.
ſcias.vij.q̄o.j .et
ibi glo.celebren.
ꝛ in.c.bone .in.j.
de poſtulatio.p̄=
lat.ꝛ Pau.de ca=
ſtro.conſi.ccccx.
col.iij.in antiq.ꝛ
plene per Bart.
Bal.Alex.ꝛ ber=
tho.ſozi.in.j . ff.
ſo.ma.

b ℭ Adde quā=
do in penis de=
bet iudex vti be=
nignitate ꝛ non
ſeueritate . Dy.
in regula in pe=
nis ꝛ que ibi di=
co in prima ad=
di.j.eodem.

☞ Adde que
ſit pena iudicis
mutantis penaꝫ
a iure introdu=
ctam ſine cauſa.
roma.oīno ſing.
ſuo.lxxvij. incip.
veni que et Fel.
qui illius memi=
nit.in .c. de cau=
ſis.col.v.de offi.
deleg.in.c. quali
ter ꝛ quando .l.
ij.§.ad corrigen
dos.col.vij.ver=
ſiculo pro com=
plemento. extra
de actio.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

a ¶Adde quid dignitates hodie liberēt filiuз a patria ptāte tex.gloſ.Jo.fab. xpofo .por.ꝛ Ange.areti.in .§.filiuſſa.inſt.qbus mod.ius patrie pote.ſolui.ꝛ gl. ſing.ꝛ ibi Jo.de pla.in.l.fin.C.de decurio.li.x.ꝛ in aut.ſed epalis.ꝛ ibi Saly.C.de epi.ꝛ cle.ꝛ glo.ꝛ abb.ꝛ poſt Inn. in.c.iudeoꝝ.de eta.ꝛ quali. Dixi in apoſtoil.ad Bald.in.l.ſacroſanc.nu.j.in.ꝟſi. epalis autem dignitas.c.de epi. ꝛ cle.ꝛ in auten. ſi qua mulier.in ꝟſic.deſinit.ꝛ in mea pote.nūe.j. l.C.de ſacroſan. ec.ꝛ in addi.ad panor.in.c.cōſtitutus.nūe.iij.in verſic.dignitas epalis.ꝛ i ꝟ.religio ꝟo approbata de reſt.i iteg.

b ¶Adde quando ꝛ quō intelligitur priuilegiū finitum finita cā Bart.ꝛ bal.in.l. ticia.ſeyo.§.vſuras.hic alleg.Et ꝗto tpe duret vide bar.in.l.fi.in vl.q.ff.de mād.

dignitatē ſibi delatā fuerit ſibi iuris qꝫ nihilominus dignitatis ſue adminiſtrationem finita remanet ſui iuris ꝛ retinet omniū cognatoꝝ ꝛ agnatoꝝ iura. ¶Sꝫ ꝯ regulā videtur.ff.de lega.ij.l.ticia.§.ſeyo. vſuras.vbi dicitur qꝫ finita minori etate cuius.occaſione priuilegium concedebatur finitur priuilegiuз a principe conceſſum.Sed dicendum eſt quod ibi finita erat finalis cauſe priuilegij concedendi.ꝛ ideo finitur priuilegium [b]. Juxta regulam generalem ceſſante cauſa ceſſat effectus.C.de epiſcopis ꝛ clericis generaliter ꝛ de heredi.l.j.ꝛ de teſtamen.mili.l.penul.de reſti.mi.l.fi.c. cum ceſſante de appel.Et in propoſito aūt non fuerat finita priuilegij cauſa.ꝛ ideo priuilegium durat vel ſi erat finita fuerat cauſa impulſiua ꝛ non finalis ꝛ ideo finita cauſa non finitur priuilegium:vt argu.ff. de vſufru.l.generaliter.§.deos.Et huius occaſione diſtingue aut conſtat cauſam priuilegij conceſſionis alicuius vel probationis facte eſſe finalem. Aut conſtat eſſe impulſiuam.Aut dubitatur:ꝛ ſit cōſtat eſſe finalem:aut ea ſublata remanent alique reliquie precedentis cauſe: aut omnes tolluntur ꝛ ſi alique reliquie remanēt:reliqs eis remanentibus durat effectus.vt ptꝫ exēplū.ff. de queſtio.l.vnus.§.ſeruo.qui ver. ſeruus a quo.diſtractus eſt in memoriā prioris dignitatis interrogari.non debet:vt.ff.de decurio.l.fin. Jtē contra eam que deſijt eſſe vxor non inſtituitur actio: turpis in honorem precedentis matrimonij.vt ff.rerum amotarum.l.ij.et.iij.Sed vbi nulle reliquie cauſe finalis [c]: remanent ſublata eam tollitur totaliter effectus: vt.ſ.de prebendis.capi.iij.pauper libr.vj.ꝛ.ff.de

princi.ꝛ in.l.licitatio.§.eap rep ff.de publi.et ibi qd in reſcriptis. ꝛ bal.ꝛ doc.in.l. falſo.C.de diuerſis reſcrip.Spe. tit.de inſtrō.edicto.§.nūc aūt ꝟſicu.Jtē opponitur.vbi ponit caſus in qb9 puilegiū pdit.ꝛ p Inno.abb.ꝛ Fely.i c.cū acceſſiſſent. col.x.añ mediū. de cōſti.vbi ponit Fely.tres regulas cum aliqbus fallē.ꝛ gl.et doc.in .c.ſuggeſtū.de deci.ꝛ gl. ꝛ arch.in.c.puilegium.xj.q.iij.ꝛ Cyn.i.l.volūtarie.C.de execu.tuto.ꝛ bar.in.l.j.ff. de nūdi.ꝛ alex.i cōſi.xxxiij.li.v.et in materia ludoui.de ro.in cōſil. clxxx.qd eſt pulchrū ꝛ ſinglare. ☞Adde q no. in add.ad Jaco. rebuf.i.l.ſi qs la ij.nu.j.C.d decu. li.x.do.meū d.deciū.ɔſi.xiiij.co.ij. ꝟ.iiij.vn facit et in ſtilo parlem. parte.j.titul.de preſentatio.fa. parlamē.ꝟſicu. Jtem qꝫ dixi.

c ¶Adde qꝫ per

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

notata hic per
Dyn. decidunt
Bart.ꝛ Bal.in.l.
fi. de ferijs ꝙ ſi
datˀ dilatio ad ꝑ
ducēdū vnū in=
ſtrumentū ꝛ pro
ducit in pria dic
ꝙ finita ē cā dila
tiōis ꝛ iudex pōt
ꝓcedere ad vlte
riora vide Bart.
in.l.a filio.§.alū
no.ff.ad trebel.ꝛ
Ang.arc.in.§.ſi
minˀ.i.col.viij.de
actio.et Dy.et q̄
ibi dicā in regu
la nō lȝ actori in
fra eodem.
b ¶Adde: ꝙ in
dubio preſumit
impulſiua et nō
finalis:vt no.gl.
ſingu.i.l.ij.§.fi.
ff.de dona.ꝛ ceſ
ſante cauſa non
ceſſat effectˀ.vn
de qui vult dice
re: effectum ceſ
ſare ex ceſſatio=
ne cauſe debet
ꝓbare ipām cau
ſam fuiſſe fina
lē de quo late p
Cy.Bal.Ange.
et Saly.i.l.gnā
liter.C.de epiſ.et
cle.ꝛ Dy.ꝛ Bar.
in.d.l.ij.§.fin.de
donatio.Uoluit
allegare Dy.i.l.
iij.ꝛ ibi dixi Ꝟſi.
ceſſante cā ipul=
ſiua.ff.de dona.
cā mor.q ibi eſt

actio.obliga.l.qui cum herede.Ar=
gu.ad confirmationē huius diſtin=
ctiōis quia iure cauetur:ꝙ ſublato
teſtamento paterno de iure ciuili
in totū tollitur pupillare qꝛ mille
remanent reliquie paterni.ff.de in=
offi.teſtamē.l.papi.§.ſed nec impu
beres ꝛ de vulga.et pupil.ſub.l.in
ſubſtitutione:et.l.ex duobˀ.§.vlti.
ꝛ.l.ſi contra ta.cuȝ ibi no.Si cōſtat
eſſe impulſiuam tunc finita cauſa
non finitur effectus:vt.ff.de dona.
l.ij.§.vlti.et.l.ſequenti.Et qđ dici
ſolet de calfurnia.ff.de poſtulan.j.
§.ſexum.¶Sed ſi dubitatur vtrū
fuerit finalis vel impulſiua preſu=
mitur in dubio impulſiua[a]:ꝛ ideo
ea finita non finit effectus:vt.ff.de
condi.ꝛ demon.l.cum tale.§.falſaȝ
cauſam.ꝛ.l.titio.§.fi.cum ante nu=
ptias et de vſufruc.leg.l.gnāli.§.
duas et de donatione.l.fin.§.ij.C.
de iure dotium.l.ſi mulier.

## ¶Idem.

**Indultū a iure beneficiū nō eſt alicui auferenduȝ.**

¶Indulgetur reo a iure quod poſ
ſit plures exceptiones proponere:
vt.j.eo.nullus pluribus.ꝛ.ff.de ex=
cep.l.is qui.ꝛ.l.nemo.ꝛ ideo nō po=
teſt auferri per hominem.Item in=
dulgetur reo per.l.ꝙ omnis exce=
ptiones dilatorias et declinatori=
tas proponere poſſit vſqꝫ ad litis
cōteſtata.C.de proba.l.exceptionē
ꝛ de exceptio.l.vlti.et pe.et de pro=
curato.l.ita demū.et ideo non de=
bet auferri per hominē.Itē indul=
getur reo per.l.ꝙ poſſit opponere
peremptorias quādocūqꝫ ante ſen
tentiā:vt.C.ſenten.reſcin.nō poſ.l.
peremptorias:ꝛ ideo nō debet au=
ferri per hominē quia indultum a

opi.glo.ꝛ ſing.in
Ꝟ.cā ꝛ qđ ibi no.
taui et Jaco.re=
buffi.in.l.nullˀ.
nu.ij.i Ꝟ.ꝑſumit
ipulſiua.C.ō his
q̄ a ꝑncipe lib.x.
Dy.i.l.pecunie.
in Ꝟſi.i dubio.ꝑ=
ſumit impulſiua
ff.de ſupel.lega.
Jo.fab.ꝛ an are.
i.§.illis aūt iſti.
de teſta.mil.gl.
Jo.an.ꝛ doc.i.c.
poſt trāſlationē
§.ceteꝝ.nu.xvij
in Ꝟſi.ceſſat ius.
